non veniente, Octavianus presens a presentibus Apostolicus appellatur et confirmatur. Alexander a sue partis fautoribus etiam quamplurimis apud Angiam Apulie civitatem item pro Apostolico celebratur.

Sub hoc papa sanctus Thomas — — octo concubinarum. | Alex. Minor p. 193.

Eodem anno Arnoldus archiepiscopus Maguntinus e civitate fugit,[a] quem cives apud sanctum Jacobum VIII Kalendas Julii cum paucis repertum monasterio incenso gladio perimerunt,[b] ac pedibus de ecclesia protractum,[c] in platea indigno ac miserabili spectaculo nudum reliquerunt.

f. 110'

a) fugit c.

b) pierut c.

c) ptractum c

Eodem anno principum episcoporumque conventus octavo Kalendas Augusti super regni negotiis Erffordie celebratur, ubi Maguntinenses excommunicantur. Qui Rudolffum Bertoldi ducis germanum sibi presulem elegerunt. Quo contra Conradus Palatinus ac Lodewicus Lantgravius quarto Kal. Novembris apud Franckfort, suffraganeorum episcoporum ac Treverensis legati apostolici legatione freti, Christianum[d] Merseburgensem prepositum, paucis renitentibus, episcopum constituunt, huic partium sedicio exoritur.

treverensis

d) Crista^m c

Anno Domini M°C L X I° apud Laudam civitatem XII. Kal. Junii Victor papa generali habita synodo presente imperatore Frederico Rudolffum Maguntinum electum, et Christianum superelectum utrosque ecclesia-

cem